



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. cxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cōcil. Carthag. ca. 47. **P**Lacuit ut episcopi, presbyteri diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore prescopatus, vel clericatus sui, agros, vel quæcunque præ suo nomini comparant, tanquam rerum dominicarum in uasionis crimine teneantur obnoxii, nisi ad Ecclesiam quam titulati sunt, eadem ipsa contulerint. Si autem ipsa propria liberalitate alicuius, vel successione cognationis aliquid venerit, faciant inde quod velint.

Ex eodē cap. 48. **V**T vnusquisque presbyter res quas post diem consecrationis adquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

Ex cōcil. Toletano **C**Aeterum, presbyter si post ordinationem aliquid adquisierit, illud obseruandum est, quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

De presbyteris qui ex redbibus Ecclesiæ sibi res comparauerint, & structuras ibi fecerint, & mulieres ibi posuerint. Cap. CXXIII.

Ex cōcil. Remensi cap. 10. **I**Nquirendum si aliquis presbyterorum de redbibus Ecclesiæ, vel oblationibus ac voris fidelium alio nomine res comparauerit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam pertinent, ibidem collocauerit, & mulierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel quod turpius tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium suum exerceant, & curam domus agant, & in eadem presbyter frequenter veniens manserit, & cōtra decreta canonum hoc malū agat: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine presbyter fœnus exercere debet, multo minus fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis, quoniam hoc sacrilegium est, & par crimen Iudæ furis qui sacras oblationes asportabat, & furabatur.

De consuetudine seruanda, quæ non est contra fidem. Cap. CXXIIII.

Ex epist. Pij papæ. **P**ETISTIS enim per Hylarium chartularium nostrum, à beatæ memoriæ decessore nostro, ut omnes nobis retrò temporum consuetudines seruarentur, quæ à beati Petri apostolorum principis ordinationum initiis habentur.